



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Capitulum Gen. Disc. an. 1650. n. 99

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

magnitudinis, & perfectionis huius sanctæ Religionis esse possit. Enimuero candida in manibus vexilla purissimæ victoriæ triumphum significant; siue quia dealbauerunt stollas suas in sanguine agni, effundentes in fidei defensionem suum sanguinem tot insignes huius Religionis filij: siue ob immaculatam suæ Castitatis mundiciem. Sic ille ibi, & passim alibi Sociorum laudes inculcat.

Et ob ni-
ueam puri-
tatem ve-
xillis can-
didis in
calo tri-
umphant.

99. A CAPITULO GENERALI Excalceati Carmeli sub Francisco à Sanctissimo Sacramento Romæ celebrato, plurium quarimonie, quod è vita D. Theresie quedam ad Societatem spectantia fuissent abolita, sic satis faciente: Accepimus scripta S. Matris Nostræ Theresiæ edita esse truncata quoad illa omnia, quæ spectant ad Societatem IESV, ita vt & in manu-scriptis plerisque, & in plerisque exemplaribus pridem editis, & in ipsomet S. Matris contextu Originali omnia illa, quæ notantur in Libro, cui Titulus Gloria S. Ignatij, exarata inueniantur, tamen in ea editione, de qua dictum est, omnia fuerint erasa: hanc infidelitatem editionis non tam Societati IESV, quam S. Matri iniuriosam omnino improbamus, & à nobis non esse profectam contestamur. Quin imo, si quis ex Ordine nostro deprehenderetur tale quid admisisse, aut fieri curasse, impunitum non debere esse decernimus: ipsam quoque editionem truncatam in usu nostrorum esse prohibemus. Propositionem hanc Capitulo Generali nostro propositam, & per acclamationem omnium approbatam testamur, die 16. Maij, anno lubilæi 1650. In hoc nostro Conuentu S. Mariæ de Victoria Almæ Urbis. Fr. Franciscus à Sanctissimo Sacramento Generalis, Fr. Ioachimus à IESV Mariæ Capituli Generalis Secretarius.

Decretum
Capituli
General.
Carmel. in
Societatis
fauore su-
per scripta
B. Theresiæ

100. A IOAN. BAPT. DE LEZANA Sacre Theologie apud Complutenses Lectore in Libro suo Apologetico pro Immaculata Mariæ Conceptione cap. 2. fol. mibi 9. Vbi enumerans ille Religiones pro tanti mysterij veritate militantes hæc de Societate scribit. Sed quis non expectabit, vt dum instituti nostri commilitones annu-

illa vni-
uerso Orbis
celeberrima, colen-
dissima, ac
splendissima
Religio.